

80.

*Reinhard von Reinsberg, Ritter, schenkt dem Hospitale zu St. Johannes auf den Todesfall den
Bischofszehnten in Cunratsdorf.*

Freiberg, 1334 Febr. 14.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das S. an Pergamentstreifen. Schild: undeutlich, wol zwei Reihen
Rauten in Form eines Schrägbalkens, vergl. Siebmachers Wappenbuch, neu herausgegeben von O. T. v. Heffner II, 3 5
(Sächs. Adel) Taf. 50. Helmzier: offene Flügel. Umschr.: S. Reinhardi de Reynsberg.
Ann.: Vergl. No. 81, 83.*

Quoniam *omnia^{a)} que fiunt in tempore non sufficit habere in memoria mens hu-
mana et pleraque negocia in suis | effectibus sepius impediuntur et ideo necesse est, si
singula processum debitum obtinere debeant et vigorem, quod | litteris et astipulacioni- 10
bus roborentur, ego igitur Reynhardus miles dictus de Reynsberg manens | in villa
Heynrichsdorf circa rivum Bobritsch recognosco et volo scripta presencium ad univer-
sorum noticiam ut transmittant, quod ad honorem dei sancte Marie et omnium sanctorum
pro salute et remedio animarum parentum meorum nichilominus et in remissionem pec-
caminum meorum do ad hospitale sancti Johannis ewangeliste situm circa Vriberg de- 15
cimam episcopalem, quam habeo in villa Cünradisdorf apud Müldam, cum omni jure
sicut hactenus possedi, ita quod post mortem meam pauperes ibidem decumbentes debent
in suos usus prout eis placuerit convertere et absque contradictione parentum meorum
vel quarumlibet aliarum personarum quiete in perpetuum possidere, donans litteram
meam hanc presentem sigilli mei munimine signatam in testimonium super eo. Testes 20
hujus donacionis sunt Fridericus miles et Reynhardus frater suus sororii mei dicti de
Hünberg et plures alii fide digni. Datum Vriberg anno domini millesimo ccc° xxxiiii°,
xvi° kalendas marcii.

81.

Mügelu, 1334 März 4. 25

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Die SS. des Bischofs (vergl. Cod. dipl. Sax. reg. II. 1 Taf. 2 No. 9)
und des Capitels an Pergamentstreifen.
Gedr.: Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freyberg Cod. dipl. 18.
Ann.: Vergl. No. 80, 83.*

*Bischof Withego II. von Meissen bestätigt die Schenkung des Bischofszehnten zu 30
Cunratsdorf (decimam, quam a nobis et a nostra ecclesia habuit in Cunratsdorf sitam
prope Muldauiam) durch Ritter Reinhardus de Reynsberg an das Hospital des heil. Jo-
hannes bei Freiberg. — Et nos Albertus ecclesie Misnensis prepositus, Th[imo] decanus
totumque capitulum ecclesie predictae sigillum nostrum — presentibus duximus apponen-
dum. Datum Mogelin anno domini m° ccc° xxxiiii°, feria sexta ante letare.* 35

80. a) omi.